IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

transire de hac gloria vana in qua es ad tempus et de
tabernaculo tuo .i. de domo tua et de statu tuo Et finaliter
et radicem tuam .i. complices tuos ministros dyaboli euellet
de terra viuencium in qua tu sitis dei nec dyabolus nec anti-
xpus nec sequaces eorum habebunt aliquam porcionem
Videbunt iusti hanc iustissimam deiectionem antixpi
et destructionem et timebunt deum timore reuerenciali,
eius iusticiam laudantes et ridebunt super antixpm et merito
quoniam scit de patre a psido homine iniqua voluntate con-
tempta irridentes eum de superbia sua dicent Ecce homo
qui non posuit deum adiutorem suum non credidit quod indiget
dei auxilio sed se deum fecit
Sed sperauit in multitudine diuiciarum suarum auri et argenti
et potencie et glorie quas male acquisiuit et per quas multos
ad se traxit et preualuit in vanitate sua et in mundi pompa
preualuit in malicia sua quia nullus impiorum tot fideles dec-
piet et sanctos persequetur et ideo merito super eum hec om-
nia descendent
Propheta in persona fidelis populi ait sic Antixpus et eius se-
quaces sperant in diuiciis et vanis rebus non sic ego / nam
Ego sicut oliua que omni tempore viret fide fructifera et
bonis operibus in domo scilicet in ecclesia sancta dei speraui in
misericordia dei que duratura est in eternum et in seculum seculi
Confitebor tibi confessione laudis perpetuo quia fecisti non
de meritis meis sed ex misericordia tua ipsa que dicta sunt scilicet quod sum
oliua fructifera in domo dei, exspectabo rem nominis tui quod
est ihesus et saluacionem meam quoniam nomen tuum
bonum est et dulce, et hoc in conspectu sanctorum tuorum
impiis vero terribile et horrendum

Psalmus quinquagesimus secundus In quo propheta
consolatur fideles contra persecutores suos